

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Augustini De Balthasar J.U.D. & Prof. Ord. R. Consistorii  
Directoris Jurisprudentia, Secundum Ordinem  
Institutionum Imp. Justiniani In Tabellas Subjunctis  
Subinde Succinctis Definitionibus Ac ...**

B.C.D. Die XVII. Februar. MDCCLXI. Publice Ventilandum

**Balthasar, Augustin von**

**Gryphiswaldiae, [1761]**

**VD18 90557182**

[Exercitium IV. B.C.D. Die XVII. Februar. MDCCLXI. Publice Ventilandum]

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16022**

a

III. JUS HEREDITARIUM; quod est *jus in re*, quo succeditur in universum Jus, active & passive, quod defunctus habuit, & ad quod fuit obligatus. Et complexus ille rerum ac jurium, quæ a nobis in alterum transferri possunt, HEREDITAS dicitur; Acquiritur autem eadem mediante SUCCESSIONE, quæ est

I. ORDINARIA; quæ modo ordinario, legibus probato, defertur; est que

vel CIVILIS; quæ ex *jure Civili*; & quidem

vel ex TESTAMENTO defertur, quod est *ultima hominis voluntas*, s. dispositio mediante *heredis institutione*. Institutio enim heredis est basis & fundamentum Testamenti. L. III. Tit. X. J. de Test. ordin. Consideratur autem Testamentum

A. Ratione *Modi* ordinandi, s. constituendi; & hac ratione est

I. vel Publicum; quod *publica auctoritate ac fide absque aliis solemnibus sustinetur*; &

1. Olim in *Comitiis calatis*, coram *Populo* fiebat; quod *Testam. calatis comitiis* appellabant; Postea

2. *Principi*, tanquam *supremæ Majestati*, *populum*; denique,

3. *Judici*, personam *Principis iterum repræsentanti*; vel ejusdem *Deputatis*, oblatum. s. actis *judicialibus insinuatum*; quod inde *Judiciale* audit.

Vulgo DD. hoc Testamentum in persona exhibendum esse, statuunt. v. CARPZ. P. III. C. 3. d. 23. Et, si in scriptis ab analphabeto offeratur, a iudice aperiendum eique prælegendum est, ut de veritate ipsius liquido constet. STRYCK de Caut. Test. C. IV. §. 26. WERNH. P. IV. O. 64. Verum, per mores invaluit, ut etiam per Procuratorem offeratur; modo 1) imbrevisatura Testamenti manu & sigillo ipsius Testatoris, iudici satis cognito, sit signata; & 2) Procurator sufficienti mandato, manu & sigillo Testatoris corroborato, sit instructus; aut 3) duobus Testibus, fide dignis, qui mandatum ex

a b c d e f g

P

orc





ore Testatoris audiverint, ut, lite desuper mota, juramento illud comprobare possint, sit stipatus; quo omnis fraus & metus substitutionis falsi instrumenti evitetur. Quoniam de ultimis voluntatibus certo & indubie constare debet. *c. ii. X. de Testam.* STRYCK in D. de Testamento, per Procuratorem oblato, §. 13. seqq. Ext. in Tr. de Caut. Testament. Cap. VIII.

vel Privatum; quod *privata fide* sustinetur; & est

vel Solenne; quod *certis conficitur solennitatibus* & conde-  
batur

a. Olim, *j. Civili antiquo*, per *æs & libram*, coram 5. Testibus, *Libripende & Auriculari* presentibus.

b. *J. Pratorio* autem & *Codicis coram 7. Testibus*: De quibus infra *p. iii. in fin.* speciatim erit agendum.

vel Minus solenne; in quo plurimæ harum solennitatum sunt remissæ; & est

vel Militare; quod *conditur a milite sagata, vel armata, militiæ* omnique eo, qui militiam sequitur; utp. Consiliariis & Judicibus bellicis, Concionatoribus, Medicis, Chirurgis, Marquetenter; it. eorundem uxoribus; dum sunt

vel in *procinctu*, s. in *hostico*, s. *acie*, aut conflictu; & *scriptum* nullos; modo de scriptura testatoris certo constet; *nuncupativum* vero duos saltem desiderat testes; ob imminens scil. vitæ periculum. *v. tot. Tit. XI. Inst. & ff. de Milit. Testam.*

vel in *Castris*; & duos requirit. Utroque in casu valet adhuc per annum post missionem honestam. *v. §. 3. J. de Mil. Test.*

vel in *Præsiis*; & septem desiderat Testes.

vel Paganum, quod conditur ab omni eo, qui non miles est sagatæ militiæ. *v. p. 35.* Cujus species sunt

1. *Rusticum*, quod a ruri degentibus conditur; ubi 5. Testes sufficiunt, si plures haberi non possunt.

2. *Parentum inter liberos*; quo *liberi primi & ulteriorum graduum heredes instituuntur, vel exheredantur*; Et hoc a parentibus subscriptum nullos, alias duos saltem re-

g

quirit





f g

quirit Testes. v. *Ordinat. Notarior. de 1512. Tit. von Testam.* Quem numerum etiam in Test. Coeci inter liberos sufficere; CARPZ. *P. III. C. 6. d. 5. n. 5.* MEV. in *Com. ad Jus Lub. P. II. T. 1. a. 1. n. 41.* Alii tamen, tres adhibendos esse, statuunt; ut STRYCK *c. l. D. XI. C. 3. n. 42.* Sin vero extranea persona, qualis est non descendens, ut uxor, maritus, parentes, in eo heredes instituti, 7. & si ipsis quid legatum, 5. requiruntur Testes. Quod & in pia causa obtinere statuit HARPR. in *D. de admixtione personæ extraneæ in dispositione parent. inter liber. §. 18. sq.*

Differt. ab hoc Testamento *Codicillus*, vel *nuda divisio* inter liberos facta; quæ, si modo de voluntate parentum quovis modo constet, nullos desiderat Testes. De quibus *infra* sub *Codicillo* erit dicendum.

3. Tempore pestis, vel alius morbi contagiosi conditum. In quo confociatio Testium remissa. Hodie, si domus Testatoris sit infecta, 2 Testes sufficiunt. v. HOPP, in *Com. ad J. Tit. de Test. ord. §. 4. in U. M.*

4. *Ad pias causas*; quo *Ecclesiæ, Scholæ, Xenodochia, pauperes heredes instituuntur*; Hoc, 2 adhibitis testibus factum, subsistit. *c. 11. x. de Test.* CARPZ. *P. III. C. 4. d. 33. n. 1.* WERNH. *P. VII. Obs. 58.* nec sola scriptura sufficit; CARPZ. *c. l. n. 8.* quam tamen solam h. c. sufficere, statuit STRYCK *c. l. C. XII. §. 6.* Et inter Testes etiam hic mulieres admittuntur. v. BERGERI *D. de Muliere teste §. 34.*

Æquitas *J. Can. c. 10. x. de Testam.* introduxit, ut Testamentum coram Parocho & 2 Testibus valide condatur. Quod & in terris *Ecclesiæ* obtinere, testatur HOPP in *Com. ad §. 3. J. de Testam. ord. in U. M.* Et hæc æquitas & *J. Can.* auctoritas multis persuasit, ut in aliis etiam casibus *extremæ necessitatis*, si plures testes haberi nequeant; v. g. si moribundus in via, vel navi testari velit, hunc testandi modum admiserint. MEV. in *Com. ad Jus Lub. P. II. T. 1. a. 2. n. 62. in Addit. in fin.*

2 vel Scriptum; quod fit *in scriptis*; & in solenni requiritur Testium subscriptio & subsignatio.

vel Nuncupativum, quod *oretenus*, s. viva voce, enunciatur.

f

P 2

3 vel





e f

3 vel Explicitum; quo *nomen heredis simul exprimitur*, vel declaratur.

vel Implicitum, *f. Misticum*; quod fit *per relationem ad Schedulam, nomen heredis continentem*. v. LEYS. *Med. ad ff. sp. 351. m. 9.*

4 vel Unilaterale; quod *ab una saltem parte conditur*.

vel Bilaterale, *f. Reciprocum*; quo *duo invicem testantur & se mutuo heredes scribunt*; ut Testamentum *Conjugum* reciprocorum, quod valet, modo non sit captatorium. Nec etiam plures quam 7. requirit Testes. v. STRYCK. *c. l. C. XV. §. 41.*

B Ratione *subjecti*;

vel *activi*; quod est *Testator*, Germ. *Erbgeber*, qui *testamenti factionem activam habet*. Qualis est omnis paterfamilias, pubes & sanæ mentis. v. *Inst. L. II. t. Tit. XII. Quibus non est permiff. fac. Testam.* Saltem quod Coecus & analphabetos, *f. literarum imperitus*, octavum testem adhibere debeant. v. §. 4. *d. T. Inst.* & illi testamentum prælegendum; quod tamen in hoc præcise non desideratur. v. LEYS. *c. l. sp. 353. n. 4.*

vel *Passivi*; quod est *HERES*, ab hero, i. e. Domino, Germ. *Erbnehmer* dictus, qui *Testamenti factionem passivam habet*, ita, ut jure heres institui possit. Hic autem est

I vel *Necessarius*, qui *nolens, volens, hereditatem adire tenebatur*; qualis olim erat servus Testatoris proprius, quem dominus, facultates suas suspectas habens, ideo instituere solebat, ne bona sua post mortem sub hasta venderentur, & fama defuncti ignominia afficeretur; cum jam servi, ut heredis, nomine venderentur. Qui ideo in præmium libertatem obtinebat.

vel *Suus & Necessarius*; quales dicebantur *liberi, in potestate Testatoris constituti*; Qui *sui* appellantur; quia ipso jure heredes sunt & vivo quoque patre quodammodo domini rerum peternarum existimantur; *Necessarii* autem, quia itidem, five velint, *f. nolint*, heredes fieri debebant. Sed Prætor ipsis dedit facultatem abstinendi; Ut itaque hodie saltem *sui* sint; Quamvis tamen & alio sensu *necessarii* dicantur, quia necessario a parentibus sunt instituendi; Ut infra dicetur.

e f g

vel



- e f g  
 vel Voluntarius, f. Extraneus, qualis, in oppositione sui, est omnis is, qui non est ex descendantibus. v. g. Uxor, Patens, Fratres etc. etc. v. Inst. l. II. T. 19. de Heredum qualit. & differ.  
 2 vel Civilis, qui auctoritate j. Civilis, stricte sic dicti, vocatur, vel Prætorius; qui j. Prætorio probatur, & Bonorum Possessor audit. De quo infra.  
 vel Pactitius; qui per pactum constitutus. De quo itidem infra agetur.  
 3 vel Directus; qui verbis directis institutus.  
 vel Fiduciarius, qui hereditatem restituere tenetur.  
 vel Fideicommissarius, cui hereditas restituitur; De quibus omnibus infra, sub materia Fideicommissi, dicendi locus est.  
 4 vel Universalis, qui ex assse heres institutus & universam capit hereditatem.  
 vel Partiaris; qui partem ejus quotam accipit.  
 vel Singularis; qui in quantitate, vel re singulari, institutus; & hic, si coheredem non habeat, ex assse fit heres. Quoniam nemo Paganorum pro parte testatus & pro parte intestatus decedere potest.

## C Ratione Formæ &amp; quidem

- vel extrinsecæ; quatenus certæ solennitates externæ, f. in sensus incurrentes, in Testamento veniunt observandæ; quales sunt  
 1 ut Testamentum fiat actu continuo, nec ullo negotio extraneo, nisi necessitatis, interveniente interrumpatur §. 3. J. de Test. ord.  
 2 Ut certus numerus Testium adhibeatur; & quidem  
 a VII. quia ab ultima ætate Prætorum §. Testes cum Libripende & auriculari, qui deinceps etiam in numerum Testium ordinariorum cooptati, requirebantur. v. §. 1. & 3. d. T. Exceptio saltem est 1. in Testamento publico, 2. minus solenni, 3. Coeci & Analphabeti. De quo supra. p. no. in med.  
 b Idonei, f. habiles; ad quod requiritur, ut non prohibeantur, vel natura; qui vel defectu animi; ut Furiosi, mente capti, impuberes; vel corporis laborant; ut cæci, surdi, muti.  
 e f g h i



f g h i

vel *Lege*; quales sunt

1. qui non sunt *Cives Romani*; ut Servi, Deportati.
2. qui *intestabiles redditi*; ut damnati ob libellum fam. Adulterium, crim. repetund. Hæretici, Apostatae & infamia notati.
3. *Mulieres*; quia hæ olim non comparebant in comitiis.
4. *Prodigi*, juridice tales; v. p. 21.

5. *Conjuncti*; ubi tamen respicitur ad conjunctionem

a. cum ipso herede; ubi qualiscunque conjunctio vitiat Testamentum. R. quia causa principaliter hic agitur in favorem heredis.

b. cum Testatore; &amp; ea tantum vitiat, quæ est ratione potestatis; quippe quæ unitatem personarum constituit; non quæ est intuitu sanguinis; sic filius emancipatus potest esse testis in testamento patris sui.

c. vel *inter se*; & nulla obstat.

c. ad Testamenti factionem specialiter rogati.

d. ut sponte adsint, non coacti.

e. animo & corpore sint *præsentes*, ut intelligant, cui negotio adhibeantur, & Testatorem non tantum loquentem audiant, sed & videant. Non itaque admittuntur ebrii, dormientes etc.3 ut Testamento *subscribatur*, tam a Testibus, quam ab ipso testatore; nisi, holographum esse, in Testamento exprimatur. Si ipse scribere non possit, octavus testis adhibendus est; Si vero ex Testibus quidam artis scribendi sint ignari, reliqui pro iis subscribere tenentur.4. Ut subsignetur a Testatore & Testibus; Quod si hi sigillum proprium non habeant, alterius sigillo uti possunt. v. §. 3. *sqq. J. d. Tit.* ibique HOPP.vel *Intrinsicæ*; quò spectat HEREDIS INSTITUTIO, tanquam basis & fundamentum Testamenti; quæ est *designatio ejus personæ, ad quam omne jus nostrum omnisque obligatio post mortem nostram pertinere debeat.* Et hæc estI vel *DIRECTA*; quæ *verbis, directis* scil. immediate ad personam ejus, cui hereditas est destinata. Sufficiunt autem

f g

hic





f g  
 hic communia verba. v. LEYS. c. 1. *sp. 356. m. 2. sp. 360. m. 2.*

vel OBLIQUA; quæ fit *verbis obliquis*; ubi verba ad personam intermediam diriguntur, a quo Testator hereditatem alteri restitui petit. De qua re infra, sub *Fideicommissis*, agendum.

2. vel PRIMA qua heres, vel unus, vel plures, primum & simpliciter instituuntur. Quæ iterum est vel Necessaria; qua

a. Olim, quidem Liberi & Parentes necessario instituendi erant, ad minimum in LEGITIMA; quæ est *portio portionis, ab intestato debita*. Quæ tum erat QUARTA; præteriti autem instituebant *Quer. inoff. Test.*

b. *J. novo* vero, secundum *Nov. 115.* præter liberos & parentes certo respectu etiam fratres & sorores necessario vel *instituendi*, scil. in Legitima; quæ hoc jure pro numero liberorum, si 4. aut infra, *triens*; Si 5. vel plures adsunt, est *semis*. secundum versiculos memoriales:

Quatuor, aut infra dant natris jura *trientem*;

*Semissim* vero dant natis quinque vel infra.

Arbitrium sequitur substantia cætera patris.

Et quidem liberi ac parentes titulo institutionis;

Fratres & sorores v. quocunque titulo, v. *infra*.

vel *exheredandi*; Est v. *Exhereditatio privatio legitimæ*; & quidem

vel *tacita*; quæ Præteritio audit; hac tamen cum differentia: quod

a. *liberi & parentes* hodie h. c. querelam instituant nullitatis; & quidem, si parentes sciverint, se habere liberos, Testamentum tantum qua heredis institutionem; Si vero ignoraverint, etiam qua reliqua ejus capitula sit nullum.

b. qua *fratres & sorores* eadem vero licita; nisi frater vel soror turpem, vel levis notæ macula laborantem, personam instituerit; ut mox *p. seq.* dicemus. vel

f

g

h



g h

vel *expressa*; quæ sit verbis expressis; & quidem  
vel *in odium* ipsius exheredati; ubi certæ requiruntur causæ; &  
quidem

1. Liberi ex XIV. causis exheredantur;
2. Parentes demum ex VII. quarum aliquam, in Testamento expressam, heres institutus probare debet; quæ, si probari non possit: Liberis & parentibus hoc unico casu hodie- num competit *Quæra Inoff. Testam.*; quæ magis odiosa est querela nullitatis.
3. Fratres & Sorores; qui libere præteriri possunt. v. p. 114. Modo non turpis persona ipsis sit prælata; hoc enim casu Testamentum impugnare possunt; Nisi
  - a. certam ingratitudinis causam commiserint, quarum 3. recensentur in jure; & tum frater præteritus, eandem falsam esse, probare debet.
  - b. Frater præteritus eadem, vel majori, macula laboret; e. g. si frater fratris, vel sororis, spurium instituerit. v. *Inst. L. II. t. Tit. XIII. de Exheredat. Liberorum.*

vel *in favorem* exheredati; & dicitur *Exhereditio bona gratia*, vel bona mente. e. g. si pater filium, dissolutam vitam viventem, exheredem scripserit, vocatis ad hereditatem natis ex eo nepotibus.

vel *Voluntaria*; quæ, antea recensitis personis deficientibus, vel juste exheredatis, *ex arbitrio testatoris dependet*; & consideratur

- a. *ratione subjecti*, s. personarum, quæ in Testamento institui possunt; quæ sunt
  - vel *liberi* homines, tam cogniti, quam incogniti.
  - vel *servi*, tam proprii; quam alieni. *Inst. L. 2. T. 14. de Her. inst.*
- b. *Ratione Modi*, quo instituuntur, est
  - vel *Legitima*; quæ jure approbata; Et est
    - vel *simplex*; quando quis simpliciter, absque ulla adjec-tione impedimenti, quod differt, vel gravat aditionem, fuit institutus; ita, ut
    - vel *unus* instituarur, qui heres *ex asse* dicitur; licet in re

g h i

mini-





<sup>g</sup>  
 e. Ratione *Quantitatis*; s. portionis, qua heres instituitur  
 vel in *totam* hereditatem; quæ As dicitur, & XII. partibus seu,  
 Unciis, constat;

vel in *ejus partem*; Quæ est

vel *Quota*, quæ integra parte homogenea hereditatis consistit &  
 ejusmodi heres dicitur *Partiarius* v. *sup. p. III.* Singulæ a.  
 partes assis, & ex pluribus consolidatæ, specialia habe-  
 bant nomina. v. §. 5. al. *Tit.* Sic

1. *pars assis*, a *SICULIS* *ovynias*, Romanis *Uncia*, Germ.  
 ein *Swölftel*, 1-12tel, dicitur.
2. *Uncia*, quoniam sextam partem totius assis conficiunt, si  
 scil. per 6. dividatur, dicuntur *Sextans*. Germ. 2-12tel.
3. *Uncia*, quando hereditas per 4. divisa, in tres partes scin-  
 ditur as; quarum quælibet olim *triuncis*, postea *Qua-*  
*drans* dicta. Germ. 3-12tel.
4. *Uncia*; quoniam hereditas per 3 divisa, in 4. partes scin-  
 ditur; quælibet earum dicitur *Triens*; Germ. 4-12tel.
5. *Uncia*; dicuntur *Quincunx*; quasi quinque uncia. Germ.  
 5-12tel.
6. *Uncia*, quia, si per 2 dividatur hereditas, dimidium assis  
 conficiunt, ducuntur *Semissis*, quasi. *semi as* German.  
 6-12tel.
7. *Uncia* dicuntur *Septunx*; quasi 7 uncia. Germ. 7-12tel.
8. *Uncia* appellantur *Bes*, qu. *bis triens*. Germ. 8-12tel.
9. *Uncia* audiunt *Dodrans*; qs. cui ad id, ut totum fiat, *de-*  
*est Quadrans*. Germ. 9-12tel.
10. *Uncia* appellantur *Dextans*; qs. *ei dest sextans*. Germ.  
 10-12.
11. *Uncia* dicuntur *Deunx*, qs. ut as fiat, *dest uncia*.
12. *Uncia* assis conficiunt, ut supra diximus. Quodsi par-  
 tes, heredibus pluribus assignatæ, assis excedunt, recurritur  
 ad *Dupondium*; & hoc expleto ad *Tripondium*.

vel *Quanta*; quæ in *quantitate*, aut *certa re singulari*, consistit;  
 cujusmodi heres, ut supra *p. III.* audivimus, *Singularis*  
 dicitur; qui, si nullum habet cohæredem, *exasse* hæres fit.

vel



h i

- minima sit institutus. v. LEYSER in *Mediat. ad ff. sp. 361. n. 3.*
- vel *plures*; qui inter se Coheredes dicuntur; & hoc fit vel *uniformiter*; i. e. sine partibus; & omnes æqualiter succedunt.
- vel *difformiter*; & tum quilibet suam assignatam capit partem; quæ eadem in Substituto attenditur.
- vel *eventualis*; quæ certum casum, vel eventum respicit; Et olim saltem in certis casibus; v. BÖHMERI *Comp. ff. Tit. de Lib. & Posth. §. 4. sqq.* Hodie v. in genere obtinet; ita, ut fieri possit
- vel sub die; qui adjicitur ut terminus
- vel a quo; e. g. post biennium.
- vel ad quem; v. g. usque ad biennium. v. *sup. p. 18. q. c.* institutus in perpetuum heres manebat;
- vel sub Conditione; quæ, ut p. 17. videre licet, est vel Possibilis; quæ indistincte attendenda.
- Saltem quod Liberorum & Parentum legitima nulla, ne quidem potestativa, gravari possit; nisi sub *Causela SOCI- NI*; qua adjecta, in casum non impletæ conditionis, legitima contenti esse debent. Quæ tamen proprie exceptionem a regula non continet. Pendente a. conditione vel curator bonor. datur, vel heredi sub cautione conceditur possessio. In conditione negativa heres mox capit hereditatem præstita *Cautione Mutiana.*
- vel Impossibilis; quæ in omni ultima voluntate pro non scripta habetur; ita, ut, ea non obstante, institutus hereditatem consequatur. Quorsum etiam pertinent *derisorix.* Conf. HOPP, ad *Tit. J. de hered. inst.* & LUDOVICI in *Comp. ff. Tit. de Condit. instit. §. 2.*
- vel *Illegitima*; quæ legibus *speciatim* improbata; quorsum spectata *Cap- tatoria*, qua aliq. scribo heredem, eum in finem & sub ista clausula: *Si me pariter ex ea parte heredem scripserit.* Quæ institutio non valet, ne quidem in Tto Militis. l. ii. C. de *Test. Milit. l. i. in f. de his, quæ pro non script.*

Q

c. Ratio-





f

vel SECUNDA, f. SUBSTITUTIO; quæ fit in locum deficientis primi, vel ulteriorum heredum, & est

1. vel *Simplex*; quæ solum fit in casum: *si institutus heres non erit.*

Qui tam casum voluntatis: *Si scil. heres esse nolit*; quam impotentia: *Si heres esse non possit*; sub se comprehendit.

vel *Duplex*; quæ fit tam in casum: *Si heres non erit*, quam: *Si heres quidem erit*; ut in Pupillari, exemplari & militari.

2. vel *Vulgaris*; quæ fit a quocunque Testatore heredi cuicunque; v. *Inst. L. II. T. XV. de Vulgari substitut.* & est

vel *Expressa*; quæ fit in eum casum: *Si heres non fiat*; qui tam casum *voluntatis*, quam *impotentia* includit; quorum unus expressus alterum non expressum sub se comprehendit. Cujus species etiam est illa, quæ dicitur *Reciproca*, f. *Breviloqua*, f. *Mutua*, quando *ipsi heredes sibi invicem substituuntur.*

vel *Tacita*; quæ continetur sub expressa pupillari.

vel *Pupillaris*; quæ fit a *Patre liberis impuberibus, in potestate ejus existentibus* & in alterius potestatem non recasuris. v. *Inst. L. II. T. 16. de Pupillari Substitut.* & itidem est

vel *expressa*; quæ fit in casum: *Si heres quidem erit, at in impuberi aetate decesserit*; quæ ideo & *Duplex* dicitur v. *supra.*

vel *Tacita*; quæ sub *vulgari expressa*, qua forte pater usus fuit, comprehenditur; ita, ut & tum, licet filius heres factus fuerit, nihilo minus substitutio ad annos pubertatis extendatur. Pater autem non obligatus est matri liberorum legitimam relinquere. Exspirat quoque hæc substitutio pubertate sui heredis, nisi in longius tempus Pater ipsi prospexerit.

vel *Quasi Pupillaris*, f. *Exemplaris*, f. *Justiniana*, qua aliquis adscendentium substituit *liberis mente captis alioue vicio, ob quod ipsi testari nequeunt, laborantibus*; & est

vel *expressa*; quæ fit in eum casum: *Si filius in tali statu decesserit.*

vel *tacita*; quæ sub *vulgari*, vel *pupillari* sub intelligitur. Veniunt

Q 2

niunt





e f

niunt v. hic necessario substituendi descendentes furiosi, ad minimum qua legitimam; & certo respectu Fratres. Exspirat reconvalescencia filii, modo sic maneat ad mortem usque; nisi tempore intervalli sibi ipsi quæsiverit heredem & postea in furore decesserit.

vel Militaris, f. Privilegiata, qua miles, etiam de bonis non castris, extra castra testamentum condens, cuius heredi, a se instituto, potest directis verbis alium substituere, in casum, quo institutus decesserit, f. adjecto certo tempore & conditione, f. indefinite.

D. Ratione *Effectus*; quorsum spectat

1. ACQUISITIO *hereditatis*, quæ sit pro diversitate heredum. vid.

*Inst. L. II. T. 19. de Hered. qualit. & differ.* quatenus sunt vel Necessarii, qui instituti ipso jura fiunt heredes; qualeserant

| servi v. *sup. p. 110.*

vel Sui; qui olim itidem ipso jure; hinc sui & necessarii dicti;

| Hodie vero saltem *inmixtione.*

vel Extranei, f. Voluntarii; qui tales fiunt

vel *immediate*, declaratione sua

| vel *expressa*, de *adenda* hereditate;

| vel *tacita*; pro *herede gestione.*

vel *mediate*; vi *Juris accrescendi*; quod est *Jus acquirendi portionem deficientis ante additionem heredis*; Id quod locum habet ex dispositione

vel *Juris*; ut in hereditatibus; ubi ipso jure pars deficientis indistinctæ accrescit coheredi in eodem conjunctionis genere, sine distinctione, sive deseratur ex institutione, eaque vel prima vel secunda; vel directa, vel obliqua; sive ab intestato. v. *STRUV. Exerc. XXXIV. th. 39.* ibique MÜLLERUS.

vel *Hominis*; ut in Legatis & mort. ca. donat. de quibus infra. Sunt autem *Conjuncti* 3 plicis generis:

1. Re tantum; v. g. *Cajus heres esto; Titius heres esto.*

2. Verbis tantum; v. g. *Mevius & Sempronius heredes sunt*; sed æquis partibus.

3. Re



f

3. Re & verbis simul; s. *mixtim.* v. g. *Tullius & Pamphilius* heredes sunt. Quod si itaque Testator omnium generum heredes scripserit, & *Cajus* deficiat, tum ejus pars accrescit reliquis; ita, ut una cedat Titio, secunda *Mevio & Sempronio*; tertia *Tullio & Pamphilio*; & quidem sine onere. Si *Mevius* deficit, soli *Sempronio*, & quidem cum onere; Si *Tullius* soli *Pamphilio* accrescit, & quidem itidem cum onere. v. HOPP in *Com. ad §. 8. J. de Legat.*
2. TRANSMISSIO hereditatis in heredes. Quæ
- a. *post aditam* hereditatem fit in quoscunque heredes;
  - b. *ante* v. eam aditam 3plici modo contingit:
    1. Jure Suietatis; qua *sui heredes* eandem transmittunt in quoscunque heredes.
    2. Jure Sanguinis; qua *soli descendentes*, in potestate Testatoris non constituti, hereditatem ad *solos descendentes* transmittunt.
    3. propter Jus Debilerandi; quæ dicitur *Justiniana*; cum a JUSTINIANO l. 19. *C. de J. Delib.* sit inducta; qua *quilibet heres intra deliberationis tempus*; scil. creditoribus additionem urgentibus, intra annum, ex quo quis cognovit, sibi delatam esse hereditatem; alias intra 30. annos *decedens*, *reliquum deliberandi spatium in quoscunque heredes transmittit.* v. §. 5. *J. d. T.*

Modo heres sciverit, sibi delatam esse hereditatem; quamvis tamen facile heredi transmittentis indulgeatur restitutio in integrum, CARPZ. P. III. C. 14. d. 23. BERGER in *Oecon. j. L. II. T. 4. tb. 40. p. 489.* Plures & quidem XI. casus, quibus hereditas non agnita, vel non adita, transmittitur, recenset MOD. PISTOR P. IV. qa. 131. Hodie non amplius indigemus hoc beneficio, cum Imp. JUSTINIANUS longe pinguius, scil. *Benef. INVENTARII*, introduxerit; quo confecto, heres, licet adierit, attamen ultra vires hereditatis non tenetur. Quin immo, J. Sax. & moribus neglecto licet inventario heres securus est, modo JURATAM ediderit rerum hereditariarum SPECIFICATIONEM.

Q 3

E.





- e
- E. Ratione *Contrariorum*; quæ consistunt
1. in Omissione hereditatis
    - vel *futura*; & dicitur RENUNCIATIO.
    - vel *præsentis*; quæ fit
      - vel *a suo* herede; qui abstinere dicitur;
      - vel *ab extraneo*; qui repudiat hereditatem, v. §. 2. *J. d. Tit.*
  2. Infirmatione Testamenti; quæ contingit
    - vel *ipso jure*; & quidem, quod
      - vel *ab initio* non valeat; ubi dicitur
        1. NULLUM, scil. *ob defectum solennitatis internæ*; vel *ob inhabilitatem Testatoris*.
        2. INJUSTUM, *ob defectum solennitatis externæ*. Quales, quæ sint, v. *sup. p. iii.* Et in hoc æque ac priori casu locum habet *Quer. NULLITATIS*.
      - vel *ex post facto*; ob vitium scil. *accedens*; v. *Inst. L. II. T. 17. Quibus modis Testam. infirm.* quod contingit intuitu
        1. *ipsius Testamenti*, cujus jus vitatur, & dicitur RUP-  
PTUM; utp.
          - a. *per Agnationem Posthumi*, tam naturalis, quam civilis. v. *sup. p. 22.*
          - b. *mutata Testatoris voluntate*. Voluntas enim hominis ambulatoria est usque ad extremum vitæ habitum. Et semper voluntas posterior derogat priori.
        2. *Testatoris*, cujus *status mutatur*, scil. maxima, media, vel minima capitis diminutione; & dicitur IRRITUM.
        3. *Heredis*; qui *deficit*, quod vel adire nolit, vel non possit, & dicitur DESTITUTUM.
      - vel *Officio Judicis*
        1. *per institutam Querelam INOEFICIOSI TESTAMENTI*; quando scil. ii, qui necessario erant instituendi; de quibus supra p. 113. actum, ne quidem in Legitima instituti; sed legitime quidem exheredati, at causa exheredationis ab herede non possit probari, v. *Inst.*  
L.



e

*L. II. T. 18. de Inofficioso Testam.* Cum vero in jure valde odiosa sit, cessat eadem

a. ratione *Testatoris*; si hic sit *Miles*, licet hic j. *Comuni*; vel *filius fam. paganus* de *Quasi Castrensi peculio* testetur.

b. ratione *exclusi*;

a. Si is sit *mortuus*, antequam querelam iuventaverit.

β. Si eidem *renunciaverit*

vel *expresse*;

vel *tacite*; quod colligitur

a. ex lapsu *quinquennii* post aditam hereditatem.

b. Spontanea *petitione* illius, quod ipsi in *Testam.* fuit relictum.

c. intuitu *causæ*; Si

a. excluso aliquid, etiam minimum; & quidem

a. Liberis ac Parentibus titulo *institutionis*;

b. Fratribus v. ac Sororibus *quocumque alio titulo* fuerit relictum; q. c. *ad. expletoria* agitur ad explendam legitimam.

β. Si in genere alio jure ad hereditatem, vel ejus partem, pervenire possit exclusus.

2. Quando *INDIGNIS hereditas auferitur a Fisco*; quamvis *Testam.* nullo modo alias rescindi possit; utp.

a. Si quis *Testatorem occiderit*, vel causa mortis ejus fuerit; vel necem *Testatoris* non vindicaverit; quod ultimum t. hodie cessat.

b. Siquis aliquem *prohibuerit Testam. condere*, vel conditum mutare, aut, ut sibi hereditatem relinquat, coegerit.

c. Si quis injuste suo nomine *Testamentum*, ut *inofficiosum*, impugnaverit.

F. Ratione *ACCESSORIORUM Testamenti*; quæ sunt

I. *LEGATUM*; quod est *donatio quædam, a defuncto verbis directis relicta, ab hærede præstanda.* v. *Inst. L. II. T. 20. de Legatis.* Quod consideratur

i. ratione *enunciationis verborum*; cujus intuitu olim quadruplicis erat generis; scil. 1. per *Vindicationem.* 2. per *Dam-*

e f

nati-





f

- nationem, 3. *Sinendi modo* 4. per *Præscriptionem*. Quæ tamen distinctio j. novo sublata est. v. §. 2. *J. de Leg.*
2. ratione *Objecti*, s. *rei legatæ*; quatenus est
- a. vel in commercio;
    - vel extra commercium. v. §. 4. *d. T.*
  - b. vel propria; & quidem
    - vel *pleno jure*, tam ad *Testatorem*, quam *heredem* perti-  
nens. v. §. 4. 11. 12. 15. *d. T.*
    - vel *alii oppignorata*. v. §. 4. *all.*
    - vel aliena; quatenus est
      - vel alicujus *extranei*; v. §. 6. *Et* 9. *d. T.*
      - vel ipsius *legatarii*; v. §. 4. *Et* 10. *d. T.*
  - c. vel jam existens;
    - vel futura; ut fructus nascendi. v. §. 7. *d. t.*
  - d. vel *Corporalis*; v. §. 21. *d. T.* ubi res accessoria cedit  
principali legatæ. v. §. 17. 18. 19. 20. *d. T.* estque.  
vel *Fungibilis*; v. *Tit. ff. de Tritico, vino Et oleo legato.*  
vel *non fungilis*.  
vel *incorporalis*; utp.  
1. *Nominis*. 2. *Debiti*. 3. *Liberationis*.
  - e. vel *Speciei*; ut servus *Stichus*.  
vel *Quantitatis*; v. g. *Summa pecuniæ*.  
vel *Generis*; ut equus, absque determinatione certi indi-  
vidui; q. c. legatario nec optimum, nec pessimum debe-  
tur. v. §. 22. *d. T.*  
vel *Optionis*; q. c. Legatarius optimum eligit. v. §. 23. *d. T.*
3. ratione *Subjecti*; sc. *passivi*, quod sunt omnes, cum quibus est Te-  
stamenti factio passiva, v. §. 24. *d. T.* & quidem
- 1. vel extraneus;
    - vel ipse heres; Quo casu dicitur *PRÆLEGATUM*.
  - 2. vel *certus*; licet in nomine Testator erraverit; §. 29. *d. T.*  
vel *incertus*. v. §. 25. *d. T.*
  - 3. vel *natus*;  
vel *nascendus*, s. *Posthumus*. v. §. 26. 27. 28. *d. T.*
4. ratione *Modi*; quo legantur res  
vel *disjunctim*, singulæ singulis;

vel



- f  
 vel *conjunctim*; ubi una res pluribus legatur; & tum, pro diverso conjunctionis modo, diversimode Jus Accrescendi locum habet.  
 De quo *sup. p. 118.*
5. ratione *Formæ*, qua relinquitur
- a. vel pure; Cujus dies regulariter statim cedit & venit a morte testatoris, i. e. incipit deberi ac peti potest. Annuum tamen vel *mensuum*, legatum ratione primi anni purum est; hinc debetur, modo legatarius sub ingressum anni, vel mensis vixerit, sequentium v. conditionale est; Si scil. vivat legatarius. v. *Tit. ff. de annuis Leg.*  
 vel sub *Conditione*; v. *sup. p. 115.*  
 vel sub *Die*. v. *c. l.*
- b. vel sub *Demonstratione*, quæ est descriptio peculiaris rei legatæ, quæ, licet falsa, non vitiat legatum; modo de voluntate Testatoris & ipsa re constat. v. *§. 30. d. T.*  
 vel sub *Causa*; quæ scil. impulit & movit ad legandum. v. *§. 31. d. T.*  
 vel sub *Modo*; qui est finis, propter quem legatur.  
 vel *Pœnæ nomine*, quod scil. *coercendi hæredis causa* relinquitur. v. *§. 36. d. T.*
6. ratione *Effectus*; huc spectat
1. *ACQUISITIO* legati; quæ fit *ipso jure*; ita, ut Legatarius præter Act. personalem ex Testamento, quæ est ex Quasi contr. & act. hypothecariam, etiam Reivind. habeat; saltem, quod rem legatam propria auctoritate apprehendere non possit; Sed *possessionem*, e manu heredis capere debeat. Distinguitur autem hic  
 vel *cedit & venit* dies; i. e. incipit deberi & peti potest legatum; quod in legatis piis mox a morte Testatoris contingit.  
 vel *cedit dies*, at *non venit*; quod contingit in Legatis, sub certo die relictis.  
 vel *nec cedit, nec venit* dies; ut in Legatis conditionatis ante conditionis existentiam. Heres tamen hisce casibus cautionem præstare debet. v. *t. Tit. ff. Ut legat. vel Fidei commiss. ca. çav.*
2. *TRANSMISSIO* legati in heredes legatarii; quæ fit

R

vel





c f

vel in Legatis *puris*; mox a morte Ttoris, quamvis Legatarius illud nondum perceperit.

vel *sub certo die relictis*; & hæc itidem mox transmittuntur.

vel in *Conditionatis*; quorum spes legatario, ante conditionis existentiam decedente, non transmittitur in heredem; nisi conditio faltem executioni fuerit adjecta v. LUDOV. *Comp. ff. Tit. Quando dies Legator. vel Fideic. cedat.*

7. ratione CONTRARIORUM; quo spectat

1. ADEMTIO; quando solummodo revocatur voluntas Testatoris; s. id fiat verbis, s. factis; & tum Legatum manet in hereditate.

2. TRANSLATIO; quando Testator rem legatam alii legat. v. *Inst. L. II. T. 21. de Ademt. Legat. Et Translat.*

3. IMMINUTIO, per L. FALCIDIAM, qua heredi, ultra dodrantem gravato, competit facultas deducendi *Quartam*. v. *Inst. L. II. T. 22. de L. Falc.*

II. FIDEI COMMISSUM; quod est *ultimæ voluntatis contestatio, qua per interpositam personam, scil. heredis FIDUCIARII, alteri, scil. heredi FIDEI COMMISSARIO, aliquid verbis precariis relinquitur. Et hoc est, v. Inst. L. II. T. 23. de Fideicommissariis hereditat. Et ad Sct. Trebell.*

1. 1. Universale; ubi vel *tota hereditas, vel integra ejusdem pars, s. quota hereditatis*, v. *sup. p. nō. alicui restituitur*; ita tamen, ut heredi fiduciario competat Jus deducendi *Qu. TREBELLIANICAM*.

1. Particulare; quo pars quanta, vel res singularis, alteri restituitur. v. *Inst. L. II. T. 24. de singulis rebus, per Fideic. relictis. Et hoc in omnibus fere adæquatum est Legatis. v. §. 3. J. de Legat.*

2. vel Expressum; quod ex *verbis* Testatoris apparet.

vel tacitum; quod ex *mente ejus* colligitur.

3. vel Testamentarium; quod in *Tto* alicui relinquitur.

vel Conventionale; quod per *Conventionem*. v. BÖHMERI *Comp. ff. ad Sct. Trebell. §. 9.*



e f

4. vel Simplex; quod *pleno jure cedit fideicommissario* ejusque heredibus.

vel Familiae, quod moribus introductum, & *Familiae fideicommissarii* relinquitur, & quidem

vel *simpliciter*; q. c. *omnes de familia* censentur vocati, eo ordine, quo alias succedunt. Praeferuntur tn. agnati, per quos conservatur Familia. His deficientibus cadit in familiam foemininam, defuncto fideicommittenti proximorem.

vel *Familiae masculini sexus adstrictum*; q. c. foeminae plane ab eo excluduntur, & ultimus de familia masculina valide de eo disponit. Relinquitur vero cum annexo

vel Jure Primogeniturae; ubi superstes ex linea primum acquirunt ceteros omnes excludit.

vel Majoratus; ubi solus provectoris aetatis ratio habetur; ita, ut senior cujuscunq. demum gradus eodem potiatur.

vel ut Majoratus juri Primogeniturae fit conjunctus; q. c. senior in linea primogeniti, vel hoc deficiente, secundo geniti, & sic porro, praeter aliis succedit.

III. CODICILLUS; qui est omnis ultima voluntas minus solennis absque heredis institutione, coram 5. Testibus, licet non rogatis & etiam foeminis, condita. v. *Inst. L. II. T. 25. de Codicillis.* & est

vel Principalis; quando per se subsistit; & est

vel Scriptus; qui in scriptura comprehensus;

vel Nuncupativus; qui ore tenus prolatus.

vel Accessorius Testamento; & quidem

vel *ante Testamentum* fuit conditus; quo casu valet, modo appareat, Testorem a voluntate, quam in Codicillo expresserat, non recessisse.

vel *post Testamentum*; & si Testator hanc facultatem in Testamento sibi reservavit & postea eidem apponatur, Codicillum tum absque ulla solennitate valere, statuunt DD.

vel ipsi Testamento adjicitur CLAUSULA CODICILLARIS; scil. *si ipsum Testamentum non valere possit ut Testamentum; valeat instar Codicilli, Fideicom. Legati, mortis causa donationis, & quocunque modo alias valere possit.*

R 2.

Hæc





d

Hæc clausula sanat omnia vitia Testamenti sanabilia; ita, ut fectatur in vim Fideicom. & heredes ab intestato hereditatem, deducta quarta Trebellianica, heredi institutio restituere rogati censentur.

Nil autem operatur 1) Si Testator plane sit inhabilis; 2) si non satis constet de voluntate ejus. 3) Si nequidem quinque Testes fuerint adhibiti; & denique 4) si ei, qui nec fideicommissum capere potest, aliquid relictum sit.

vel ABINTESTATO; & dicitur *successio LEGITIMA*, quoniam deficiente Testamentaria immediate a Lege defertur; & quidem

vel ex jure Cognationis; qua respicitur ad proximitatem sanguinis. Hujus intuitu autem alius succedendi modus observabatur j. antiquo; alius hodie jure novo.

a. Jure antiquo, quod traditur in *Inst. L. III. Titt. IX. prioribus* & explicatur ab HEINECC. in *Instit. & in Antiquitat. Jur. Rom. h. l. Conf. Connexionem Institutionum qua singulos Titt. atque §§. a me editam p. 16. sqq.*

b. J. Nov. ex Nov. CXVIII. secundum quam III. constituuntur succedentium Classes.

I. DESCENDENTIUM, quibus natura & commune parentum votum hereditatem destinavit. Et hi considerantur, quatenus sunt

vel *Imi gradus tantum*, s. ex primo, s. ex secundo, s. ex utroque matrimonio sint nati, & succedunt in *capita*, secundum Proverb. *So viel Mund, so viel Pfund*, aliis ex se natis exclusis. v. Fig. 1.

J. Rom. antiquo liberi emancipati patri non succedebant. Sic quoque hodie J. Lub. liberi separati, *abgesonderte*, *abgesundene Kinder* parentibus non succedunt; Sed a consortibus, s. non separatis, excluduntur; His tamen non extantibus ante reliquos Agnatos admittuntur. v. *Disp. m. de Jure succedendi ab intestato ex J. Lubec. p. 35.*

vel *2di & ulteriorum graduum simul*; q. c. illi in *capita*, hi in *stirpes* succedunt. v. Fig. 2. ob *JUS REPRESENTATIONIS*, da sie in die *Stelle ihrer Eltern* treten, cum alias, dum uno gradu sunt remotiores, excluderentur, Un-

e

f

g

Un-





f  
g

Unde & *J. Germ. & Lubec. P. III. T. I. a. 1.* contrarium dispositum, & Fratrum liberi a Patruis in Successione respective Patris avive excluduntur; teste Proverb. Germ. das nächste Blut nimmt das Gut. It. je näher dem Sip, je näher dem Erbe. Aft *Ordinat. Camera Imp. de 1500.* horum successione ubique & generaliter ad exemplum J. Communis reduxit vid. *al. Disp. m.p. 49. sqq.*

vel *ulteriorum graduum tantum; s. ejusdem; v. Fig. 3. s. diversi* sint gradus; v. Fig. 4. qui omnes j. representationis in stirpes, non in capita, succedunt.

II. ASCENDENTIUM; quibus olim Fratres præferebantur in successione liberorum; cum vero omnino Ascendentes arctiori sanguinis vinculo liberis suis, quam hi inter se, sint juncti, & ex jure quoque Correlatorum jus in liberorum hereditatem sibi merito vindicent: Ideo Imp. Justinianus Ascendentibus concessit prærogativam; saltem quod Fratres & Sorores germanos eorumque liberos simul admiserit in successione respective liberorum ac fratrum fororumque. Distinguitur itaque hodie:

vel soli adsunt Ascendentes; & quidem

vel *Imi gradus tantum; & succedunt liberis indistincte.*

vel *Imi & ulteriorum graduum simul;* ubi semper proximior excludit remotiorem; v. Fig. 5. ita, ut Patruus unilateralis excludat Patruum magnum bilateralem. v. Fig. 6. Quoniam inter Ascendentes Jus Repræsentationis nunquam locum habet.

vel *Ulteriorum graduum tantum;* Et succedunt illi, qui eodem gradu sunt *in lineas;* dimidium ascendentes paterni, alteram materni capiunt; quamvis numero sint inæquales. v. Fig. 7. 8.

vel cum Collateralibus concurrunt; & quidem

vel *cum Fratribus germanis tantum;* & hereditas dividitur in Capita. v. Fig. 9. & 10. Patri in portione filii, cohæredis, non concessio usufructu. Quin, bimibus parens etiam a sua portione amittit proprietatem, quæ reliquis liberis cedit. v. *Nov. 22. C. 46. §. 2.* Quam tamen ad matrem saltem restringit WERNER. *P. I. Obs. for. 93.* & ad bona, quæ a defuncto parente originem trahunt. v. F. B. GERDESII

R 3

Disp.



f g

Disp. de *Usufructuario legitimo, quemadm. caveat. C. I. n. 32.*  
LEYS. in *Med. ad ff. sp. 300.*

J. Lub. Parentes liberis consortibus indistincte soli succedunt; dissortibus vero, s. separatis fratres simul separati, vel, his non existentibus, fratres non separati ante parentes succedunt. v. *Disp. m. all. p. 59.*

vel cum *Fratribus germanis eorumque liberis.* Tum hi succedunt quidem cum ascendentibus, sed in stirpes, loca suorum parentum occupando. v. Fig. 11.

vel cum Fratrum Germanorum *nepotibus*; & hi ab ascendentibus, cujus cunque gradus sint, excluduntur; v. Fig. 12. Quia ultra fratrum filios non extenditur Jus repræsentationis.

III. COLLATERALIUM; scil. defuncto a latere junctorum; qui sunt vel *uni & 2di gradus*; ut Fratres & Sorores eorumque liberi. Sunt v. hi.

vel Bilaterales, von beyden Banden; qui communem habent patrem atque matrem. Qui una cum liberis excludunt unilaterales; & sunt

vel *Soli Fratres, s. Sorores germani*; & succedunt in capita.

vel *concurrunt cum fratrum liberis*; & hi cum illis succedunt in stirpes; ob jus repræsentationis, ipsis, non vero fratrum nepotibus, concessio. v. Fig. 13.

J. Lub. Fratrum Germ. Liberi a fratribus defuncti germanis excluduntur; hodie tamen cum patruis suis succedunt in stirpes; ut supra jamjam monuimus.

vel *Fratrum & Sororum germanorum liberi soli extant*; Et succedunt in capita, non in stirpes. v. Fig. 14. Ratio: cum jure proprio vocentur; quæ ratio non attenditur in Schemate 3. Excluduntque defuncti Patruum. v. Fig. 15. Quia hereditas descendentibus pleniori jure debetur quam ascendentibus. Hinc succedunt in capita. v. STRYCK de *Sucess. ab intest. Diss. III. C. 1. §. 15.*

Quod & eadem ex ratione *Juri Lub. P. II. T. 2. a. 18.* convenit. v. MEV. *ad h. art. n. 3.*

vel Unilaterales, qui ab uno tantum latere parentum sunt juncti; s. sint *Consanguinei*; qui communem patrem, diversas autem

g

tem



tem matres; s. Uterini, qui communem matrem, diversos autem patres agnoscunt; & hi

vel concurrunt cum germanis eorumque liberis; q. c. quidem unilaterales excluduntur; Fratrum tamen germanorum liberi succedunt in stirpes; cum alias soli extantes in capita succedant. v. Fig. 16. Fratrum tn. & Sororum germanorum nepotes a fratribus unilateralibus excluduntur; quia Jus representat. ultra fratrum fororumque liberos non extenditur. v. Fig. 17.

*Jure Sax.* obtinet Proverb. Die halbe Geburt trit einen Grad zurück; Ideoque fratres unilaterales cum fratrum germanorum liberis succedunt. *Jure Lubecensi* autem trit die volle Geburt der halben im gleichen Grad immer vor; wenn aber die halbe Geburt einen Grad näher ist: gehet die halbe Geburt der vollen Geburt vor. v. STEINI Abhandl. des Lübschen Rechts P. II. p. 399. Hinc Fratres unilaterales jure Lubec. excludunt Fratrum fororumque liberos. Verum, cum hodie fratrum ac sororum consortium, unabgesonderter, liberi jure representationis defunctorum parentum locum occupent; vid. supra, sub Classe descendendum 2di & Ulteriorum graduum, pag. 127. pr. fratres unilaterales, cum quibus jam in pari gradu habentur, excludunt. v. Fig. 18. Preferuntur tamen fratres & sorores unilaterales Fratrum & Sororum germanorum separatorum liberis v. Jus Lub. L. II. T. 2. a. 21. Disp. m. all. p. 65. Fig. 19.

vel non cum iis concurrunt; Et sic

vel soli sunt inter se; Et succedunt eodem modo, quo fratres & sorores bilaterales eorumque liberi. Saltem quod ex presunto parentum voto *Consanguinei* in paternis; Uterini vero in maternis bonis preferantur. v. Fig. 20.

vel concurrunt cum defuncti *Patruo*, vel alio ejusdem gradus. Et unilateralium fratrum fororumque liberi hos excludunt, vid. Fig. 21. & inter se succedunt in capita; ut in Fig. 15.

*Jure Lub.* vero fratrum & sororum unilateralium liberi non excludunt patruum germanum. v. MEV. ad jus Lub. L. II. T. 2. a. 18. n. 6. 9. v. Fig. 22. Ex ratione modo dicta. Bene tamen patruum unilateralem; c. l. n. 9. v. Fig. 23. vel Patruum bilateralis liberos. v. c. l. art. 19. Ut in Fig. 24.

vel *Remotiores*; ut Patruum, Avunculi eorumque liberi, Fratrum & Sororem nepotes, &c. qui omnes succedunt secundum proximitatem

tem





e

tem gradus in infinitum; prout innuit Paroemia j. Germ. *Jenâ her dem Sip, je näher dem Erbe.* v. MEV, c. 1. n. 1 & 20. HERTIUM in *Paroem. j. Germ. L. II. n. 83.* Hinc cessat in iis

1. Jus Repræsentationis
2. Diversitas Agnationis & Cognationis.
3. Duplicitas vinculi. Nisi quis ex Patre & matre simul confobrinus esset; utpote, si duo fratres duas in matrimonium ducunt Sorores & ex hoc matrimonio liberos susceperint; Tum, si cum talibus liberis concurrunt liberi alii ex Patre, vel matre, tantum confobrini: illis duplex, his vero unica saltem portio assignatur. v. Fig. 25.

4. Distinctio bonorum, unde provenerint.

vel Ob conjunctionem matrimonialem; ut CONJUGES. Hi

1. *J. antiquissimo*, inprimis uxor, quæ per Confarreationem & coemptionem in manum mariti veniebat, tanquam heres sua succedebat. Qua vero cessante, successio conjugum introductis LL. XII. Tab. plane sublata est. Donec *Prætor* eosdem, cognatis omnibus deficientibus, ad integram hereditatem vocaret. De qua re *infra* agemus.

2. Jure *novo* Imperator JUSTINIANUS per *Nov. 53. C. 6.* sine ulla distinctione quartam hereditatis, deducto scil. ære alieno, conjugibus assignavit; Sed in *Nov. 117. C. 5.* cuius contenta extant in *Auth. Præterea, C. Unde Vir & Ux.* hoc immutatum; ita, ut distinguatur:

vel *Liberi* adsunt; & quidem

vel 3. *ant pauciores*; tum superstes quartam omnium bonorum, vel *plures*; & tum saltem filialem portionem capit; Utroque tamen casu non quoad proprietatem; sed saltem quoad usum fructum. v. STRYCK. *Tr. de Succ. ab int. Diff. IV. C. 1. §. 2. 16. 37.*

Requiritur tñ 1) ut Conjux præmoriens sit dives, 2) superstes vero inops, i. e. ex bonis suis victum & amictum comparare nequeat. 3. Matrimonium sit indotatum. v. STRYCK. c. 1. §. 17. Immo, binubus etiam amittit proprietatem bonorum, a primo conjuge ad ipsum profectorum, quæ tum ad liberos prioris matrimonii redit. v. *Nov. 22. C. 23. in medio.* WERNH. P. I.

O.



e f

O. 93. *infin.* LEYSER in *Med ad ff. sp.* 300. Neq̄ novo conjugii plus de suo relinquere potest, quam uni ex liberis prioris matrimonii, cui minimum reliquit. v. l. 6. C. de Sec. Nupt. & Auth. Ad eos. h. t. De quarum LL. usu v. WERNHER *Obs. for.* P. III. *Obs. 55. b.* Contrarium tamen defendit Id. *Obs. 120.* Conf. P. B. GERDESII D. de *Usufructuario legit. quemadm. caveat C. II. §. 28. sqq.*

vel non adsunt liberi; quo casu superstes cum Parentibus vel Cognatis mariti concurrat, pro numero, in liberis determinato, vel quartam, vel virilem portionem capit, aut pleno jure.

*Jure Lubec.* qua Successionem Conjugum distinguitur,

vel Liberi adsunt, iique

vel non separati, q. c. Conjux superstes dimidiam bonorum communium capit; alteram liberi. Maritus tamen vestes optimas; Uxor v. annulum pronubum præcipit. Si ut hereditas defuncti bona dividuntur, superstes Conjux filialem portionem, Kindes Theil, capit. MEV. P. II. T. 2. a. XI. in *addit. ad. n. 30. vs. Quid hic voce Erbtheil ic.*

vel Separati; q. c. superstes Conjux dividere non tenetur. Utroque tamen casu superstes alterius æs alienum solvere tenetur.

vel non adsunt liberi; & tum superstes sua illata præcipit dimidiamque bonorum Conjugis defuncti lucratur, nec tum ad æs alienum defuncti solvendum ad stringitur. v. STRYCK. de *Succ. ab intest.* *Diff. IV. C. 3. §. 64. sqq. Disp. m. all. p. 67. sqq.*

vel ex certa ratione Civili, ut certa Collegia; utp.

1. Decurionum. 2. Militum, 3. Cohortaliū 4. Naviculariorum, s. Navarcharum. 5. Fabricensium. 6. Clericorum. Quod extendunt ad Academies & Hospitalia. v. STRYCK. c. 1. *Diff. V. C. 1. §. 32. & Disp. m. all. p. 90. sqq.*

vel si bona sint vacantia; q. c. Fiscus succedit; secundum Proverb. Quod non capit Christus, capit Fiscus. Modo tamen publice

S





c

publice citentur, si qui sint heredes, & intra annum & diem nemine comparente, bona pro vacantibus fuerint declarata. vid. STRYCK. *c. l. Diff. V. C. 1. §. 32. & Disp. m. all. p. 92.*

vel PRÆTORIA, quæ BONORUM POSSESSIO dicitur. v. *Inst. L. III. T. X. de Bonor. possessionibus; & est*

vel Ordinaria; quæ ab ipso Prætoris, s. jure Prætorio, defertur; & est vel Edictalis; quæ ex Edicto Prætoris, sine causæ cognitione fit, in casu

vel facti Testamenti; ubi datur

vel secundum Tabulas, scil. Testamenti, ei, qui posthumus præterito, sed ante Testatorem defuncto, institutus;

vel contra Tabulas; ut liberis emancipatis præteritis.

vel ab intestato; utp.

1. Liberis, Bonorum poss. Unde liberi. v. §. 2. *J. h. t.*

2. Legitimis Agnatis; Bon. poss. Unde legitimi. v. *c. l.*

3. Cognatis; Bon. poss. Unde Cognati. v. *c. l.*

4. Conjugibus; ex Edicto: Unde Vir & Uxor; omnibus cognatis deficientibus in integram hereditatem. v. *c. l. it. STRYCK. de Success. ab intest. Diff. IV. C. 1. §. 2. sqq.*

vel Decretalis; quæ datur ex speciali decreto Prætoris, prævia causæ cognitione; Cujus Species sunt:

1. Carboniana, quæ datur liberis inpuberibus, quibus de statu et hereditate simul quæstio fuit mota. v. *Tit. ff. de Carboniano Edicto.*

2. Ventris nomine; Viduæ prægnanti in bonis mariti, donec partum enixa, vel omnino constet, eam non esse gravidam v. *Tit. ff. de Ventre in possess. mittendo.*

3. Litis agnoscendæ gratia. Quæ datur filio emancipato exheredato, vel præterito ad consequendam facultatem intentandi querelem inoff. quam alias non habebat. HOPP *ad pr. Inst. h. t.*

vel Extraordinaria; quæ ex novis LL. Sctis & Constitutionibus Principum, ad imitationem Bon. Possess. Prætoris, datur.

vel





b

vel EXTRAORDINARIA quæ dicitur *Successio pactitia, s. conventionalis,*  
& fit per PACTA SUCCESSORIA; quæ sunt

vel Affirmativa, quæ *constitunt Jus hereditarium,*

a. illud conservando; quod jam aliunde paciscenti competit;  
removendo scil. exheredationem, quæ metuitur; hinc dicitur Pactum conservativum. v. MEV. in *Com. ad Jus Lab. L. II. T. 1. n. 23. sqq.* STRYCK. in *Tr. de Success. ab intest. Dis. VIII. C. 3. §. 9. sqq.*

b. acquirendo; & dicuntur acquisitiva; & hæc respiciunt hereditatem

vel *ipsorum paciscentium;* quæ plerumque sunt reciproca;

Huc spectant

1. Pacta Dotalia; v. STRYCK. c. 1. Cap. V.
2. Unio Prolium. STRYCK. c. 1. Cap. VI. it. *Disp. m. de Success. j. Lab. ab intest. p. 57.*
3. Pacta Confraternitatis Principum, *Szl. Erbverbrüderungen.* STRYCK. c. 1. C. VII.
4. Pacta Ganerbinatus Nobilium. STRYCK. c. 1. Cap. VIII.

vel *Tertii;* & dicuntur *Pacta Dispositiva;* Est vero ille tertius, de cujus hereditate pactum initur,

vel *certus;* qui

vel *consentit* in illud pactum; & hoc etiam j. Civ. subsistit; modo ante mortem non revocaverit consensum. *l. ult. C. de Pact.* STRYCK. c. 1. C. II. §. 19.

vel *ignorat;* & pactum est vitiosum. STRYCK. c. 1. §. 6.

vel *incertus;* ubi sustinetur. STRYCK. c. 1. §. 5.

vel *Negativa;* quæ tollunt Jus succedendi; & hoc contingit

1. Omittendo; quo pertinet *Pact. Renunciativum;* que *futurae successioni renunciatur.* STRYCK. c. 1. C. X.

Quoniam vero hæc renunciatio est odiosa, ideo non extenditur

1. ad Fideicommissum; nec
2. ad Bona feudalia
3. ad legitimam; nisi huic inspecie sit renunciatum.
4. ad alimenta; quibus nequidem cum juramento renunciare licet.
5. Dotis petitio nihilominus locum habet



a

6. Filia renuncians, ante patrem defuncta, liberis suis non præjudicat.
7. mortuis iis, in quorum favorem renunciatio facta, viro parente, renunciatio evanescit.

Jure Lubec. hic duo ab invicem distinguuntur casus :

vel liberi separati successioni futuræ renunciant; quale pactum defendit MEV. L. II. T. 2. a. 2. n. 92. it. a. 33.  
vel Pater binubus successioni liberorum, quibus bona materna assignavit, renunciat. v. MEV. c. l. a. 7. n. 9.

2. Restituendo; ubi constringitur aliquis ad hereditatem, vel bona alteri restituendum; quod coincidit cum Fideic. conventionali; de quo p. 124. in f. Moribus German. indistincte valent Pacta successoria per se & sua natura, i. e. vi indolis Pactorum, quæ moribus Germ. indistincte valida sunt. Saltem quod in pactis renunciativis quam plurimi juratam requirant renunciationem. v. de hac mat. b. PHIL. BALTH. GERDESII D. de *Validitate Pactorum successoriorum etiam Juramento non confirmatorum*. Gryph. 1728.

IV. PIGNUS; est, Jus reale Creditori in securitatem crediti in bona debitoris legitime constitutum; & est

vel PIGNUS insp. quod a *pugno* dictum, quia rei traditione constituitur, & denotat hic partim rem ipsam traditam, partim Jus, creditori, in rem sibi traditam competens. Sive illud consistat in re mobili; quod dicitur ein *handhabendes Pfand*; sive immobili. l. 8. §. 5. de *Transact.* l. 39. de *Pignor. act.* Utrumque autem est

- I. vel *rei fungibilis*; e. g. pecuniæ, quæ pro usu rei non fungibilis, e. g. fundi locati, in securitatem datur creditori; quæ tum dicitur PECUNIA ASSECURATIONIS.

Hic pignus & mutuum concurrunt; ita, ut Creditor nummorum; debitor v. fortis maneat dominus; saltem quod Creditori Jus pignoris in illam competat. v. *Disp. m. de Pecunia Asssecurationis in Loc. Cond. prædiorum soluta, ejusque in Concursu credit.*

a b c d



d

dit. jure Gryph. 1739. C. 1. §. 14. 17. 20. sqq. Immo, si damnum a conductore prædio fuerit illatum, Locator, tanquam dominus numerorum, pecuniam assurationis ipso jure compensat, & ab omni petitione reliquorum Creditorum, ut ut privilegiatorum, securus est. v. all. Disp. C. II. §. 25. sqq. 28. sqq.

vel non fungibilis; quæ si fructifera sit, fructusque pignoris, sive naturales, s. civiles sint, s. etiam in usu ipsius rei consistant, creditori in compensationem usurarum, pro mutuo debitarum, relinquuntur, ita, ut hi invicem inter creditorum & debitorem compensentur, in specie dicitur ANTICHRESIS, i. e. *Contrafruitio*; it. *Pignus*, s. *Pactum Antichreticum*. Cum vero hoc jura saltem contrahentium respiciat; de eo infra, ubi de *Contractu Pignoris* dicendi locus est, agemus.

Notandum autem hic de Jure Pignoris, insp. sic dicti, diversa juris antiqui ac recentioris, item j. Germanici a J. Rom. differentia.

1. *J. Rom. antiquo* Creditori hoc pignus mancipabatur, aut in jure cedebatur, ea lege, ut, soluta ad diem pecunia debitori remanciparetur; non soluta v. pleno jure creditori committeretur; scil. *L. commissoria*. Transferebatur itaque in hac re, utpote quæ loco pignoris apud creditorem spe redimendi deposita, dominium aliquod revocabile, FIDUCIÆ dictum, in Creditorem; quemadmodum in Emt. Vendit. cum pacto de retrovend. inita. v. *Lex. Jur. ex impress. JAC. STÖER* in 8vo Tit. *Fiducia*. Inde ex hoc pignore saltem *Fiduciæ Judicium*, s. actio, quam TRIBONIANUS dixit *pignoratiam*; v. FABRI *Lex. h. v.* ibique all. *Salmasius*; oriebatur contra Creditorem, non v. tertium pignoris possessorem, in quem forsan fuerat alienata.
2. *J. Rom. novo* autem dominium in hoc pignore non amplius transfertur in Creditorem, l. 3. §. 5. ff. *de Pign. act.* sed manet penes debitorem, nec creditor indistincte valide illud alienat. v. §. 1. *J. Quibus alien. lic. vel non.* Interim tamen hodiernum Creditor, pignus, sive mobile, s. immobile possidens, concursui, a debitore excitato, semet immiscere non tenetur. MEV. P. III. D. 252. P. IV. D. 212. pr. P. VII. D. 40. §. 250. BÖHM. Tom. II. P. I. Rp. 406. n. 6. 9. 13. LEYSER in *Med. ad ff. Sp. 231. m. 1.* & in *Coroll.* Quin immo, protestari potest, de se non intromittendo in concursum. v. MEV. P. II. D. 287. HAHN ad WESENB. *Tit. de Privil. Credit. N. 3. pr. Collatio m. J. Com. cum J. Lubec. & Pomer. in Concursu Credit. p. 30.* Disp. m. *de Pecun. Assec. all. C. II. §. 25. sq.* Quod si tamen Creditor, anteriorem hypothecam generalem habens, jus





c

suum contra eum prosequatur, illud ad massam Concurfus exhibere tenetur. v. BÖHM. c. l. Rp. 407. n. 35. sq.

3. Jure denique Germ. antiquo itidem j. Rom. fiduciarii effectus se se exferit in pignore; dum hoc jure dominium quoque transferebatur in Creditorem; ita, ut inter pignus & venditionem cum pacto de Retrovend. nil fuerit discriminis. v. HEINEC. *Elem. j. Germ. L. II. §. 323. sqq.* Hodieque j. Sax. ac Lubec. debitor pignus mobile, a creditore alienatum, a tertio possessore vindicare nequit; secundum proverb. *Hand muß Hand wahren. it. Wo du deinen Glauben gelassen, muß du ihn wieder suchen.* Id, quod procedit in omnibus iis contractibus, quibus aliquid juris & potestatis in accipientem transfertur. v. MEV. in *Com. ad Jus Lub. P. III. T. 2. a. 2. n. 18.* it. *all. Collat. m. j. Com. cum Lubec. & Pomer. p. 31.*

2. a *Causa sua efficiente remota*, sc. persona constituyente, est,  
 vel *Privatum*; quod a privato extra iudicium & absque Testibus tamen consensu ipsius debitoris, constituitur.  
 vel *Publicum*; quod a persona publica absque tamen consensu ipsius debitoris constituitur, & est  
 vel *Prætorium*; quod fit a Prætoze, hodie a quolibet iudice ordinario, per immisionem in bona debitoris ante sententiam definitivam; & quidem  
 vel *ex primo Decreto*; quo Iudex præter possessionem creditori tribuit nudam securitatem;  
 vel *ex secundo*; quod facultatem percipiendi fructus tribuit.  
 vel *Judiciale*; quod fit iudicati exequendi causa, & semper vim secundi decreti habet. Modo tamen realis executio, vel immissio, fuerit decreta, nec sufficit ejus comminatio. l. 26. ff. *de Pignor. act.* CARPZ. *P. I. C. 28. d. 139.* ib. EBACH. it. MARTINI in *Proc. Sax. Tit. 47. §. 2. n. 1.*

Hoc pignus Prætorium ac iudiciale, licet a causa sua efficiente remota dici mereatur publicum; unde & a nonnullis effectus pignoris publici ipsi tribuitur; Quorsum inclinare videtur MEVIUS *P. VIII. D. 447. Consult. Gryph. 123. n. 13.* LEYSER *Spec. 476. m. 7.* Cum tamen causa sua efficiente proxima, scil. consensu debitoris spontaneo, qui essentiale est omnium actionum humanarum, quibus jus aliquid in alium transferri debet, destituatur; effectu quoque



b  
 que pignoris publici caret; In omnem enim hypothecam publicam ut debitor consentiat, necesse est. CARPZOVIVS *L. II. Rp. 29.* MEV. *ad Jus Lub. P. III. T. 4. a. 6. n. 36.* & in *Addit. ad n. 66.* & *P. VII. D. 125.* MARTINI *Proc. Sax. T. 46. §. 2. n. 58. sqq.* TORNOV. *de Feudis Mecklenb. P. I. S. V. §. 4. in fin. p. 604.* LEYS. *in Med. ad ff. Sp. 22. n. 3.* Nisi per observantiam contrarium fuerit introductum; ut in seqq. exemplum de Civitate Sedinenfi adducemus. Ideoque etiam omnes istæ species publicarum hypothecarum, a MEVIO *P. VII. D. 139. n. 8.* adductæ, ita sunt comparatæ, ut simul consensu partium constituentur; quem etiam ad substantiam hypothecæ publ. tribus testibus subscriptæ, requirit MEV. *P. V. D. 151.* Et hinc quoque communis DD. sententia hocce pignus prætor. ac jud. saltem, qua effectum & prærogativam suam, inter privata refert STRUV. *Ex. XXVI. th. 28. sqq. Ex. XLIV. th. 54.* Dissentit equidem ill. BÖHMERUS in *D. de Prærogativa hypothecar. publ. C. I. §. 12.* ex ratione: quoniam in utroque casu, scil. in pignore, coram judicio a partibus, & immediate a iudice decreto, eadem militet ratio, scil. cessatio fraudis ac incertitudinis ratione temporis; ad quam respexit LEO in *L. II. C. qui pot. in pign.* At, hanc rationem non esse genuinam, nec sufficientem, ex antea dictis facile patet. Ad minimum in Patria, sententia ista, pignus hocce non gaudere effectu publicæ hypoth. extra omnem dubitationem posita, per expressa verba *Classificat. Creditor. p. 5. & 6. Conf. Connexionem meam J. Comm. cum j. Lub. & provinciali Pomer. qua Classif. Credit. p. 28.*

vel HYPOTHECA; ubi res, Creditori oppignorata, manet in dominio & possessione debitoris; & hæc est

i. vel Legalis, quæ ab ipsa Lege constituitur, & vulgo tacita audit, quia confunditur cum conventionali tacita, v. *infra. p. 139.* & est

vel Privilegiata; quæ jure prælationis ante alia Credita hypothecata gaudet; & quidem

vel *intuitu ipsius rei*; in cuius favorem creditur; & hæc omnium maxime privilegiata, ideoque in concursu Creditorum I. Classem occupat.

vel *personæ*, cui creditur, & hæc in concursu Credit. II. Classem constituit.

b c



c  
 vel Simplex; quæ demum III. Classe venit. Huc quoque pertinet illa, quæ ex lege patria, vel statuto, fuit inducta. Sic in *Recessu Vist. R. Dicast. de 1707. §. 67.* indistincte actori vincenti a tempore motæ litis hypotheca in bonis rei constituitur.

Idem, quod p. 136. sq. de pignore Prætorio & judiciali diximus, etiam huic hypothecæ legali simplici est applicandum. Mirum equidem hoc visum fuit HUBERO in *Prælect. ad ff. L. XX. T. 4. §. 18.* LEYS. in *Med. ad ff. Sp. 226. m. 1.* Sed dubiis hisce jam in antecedentibus est satisfactum. Conf. *all. Connexionem m. Juris Comm. Sc. p. 23. sqq.* Et hoc j. Patrio per adductam *Classif. Credit. c. l.* eo minus habet dubii, quo major inconvenientia inde oriretur, quod in patria nostra cuilibet actori vincenti in bona rei hypotheca sit indulta.

vel Testamentaria, quæ in Testamento;  
 vel Conventionalis, quæ utriusque partis consensu constituitur,  
 eoque

vel Expresso; & hæc est

vel Publica; quæ consensu partium expresso publica que fide  
 sustinetur; & est

vel Judicialis, f. Solennis, quæ in Judicio contracta & libero publico inscripta, die dem gerichtlichen Hypotheken-Buche einverleibet worden.

Ad omnem hypothecæ publicæ constitutionem consensum debitoris requiri p. 136. sq. audivimus: hinc privatim contracta hypotheca ex sola confirmatione, licet Principis, a creditore clanculum, inscio scil. debitore impletata, non fit publica; Accedente autem consensu debitoris in confirmationem, demum valorem suum accipit a tempore confirmationis, cum eadem retrahi non possit in præjudicium tertij, non citati. MEV. P. III. D. 232. LEYSER Sp. 231. m. 3.

Limit. tamen hoc: nisi statutum, vel specialis observ., hic aliud introduxerit; Ut Sedinii, ubi *clancularia inscriptio* obtinet, qua Creditor, absente debitore, ut debitum libro publico inscribatur sibi que hypotheca publica constituatur, petere potest. De qua RHETIUS spec. conscripsit *Disp. de Jure Hypothecæ conventionalis & clancularia Sedinensium inscriptionis, vulgo die heimliche*

Klage

e d e





a b c d e

Klage. Francf. 1673. Ext. in Collect. Disp. ej. Vol. II. n. 8. v. all. Collat. Jur. Com. cum Lubec. & Class. Pom. p. 22. Modo tamen debitor privatim a judice de veritate debiti ejusque consensu in oppignorationem publicam sit interrogatus, isque privatim consensum suum desuper declaraverit. v. Consult. Gryph. 59. n. 9. vel Extrajudicialis s. Minus solennis, quæ extra iudicium coram tribus Testibus fuit constituta.

Fundatur hæc publica hypotheca in l. 11. C. qui pot. in pign. MEV. P. V. D. 157. n. 1. 3. P. VII. D. 233. n. 1. Consult. Gryph. Resp. 123. per tot. LEYSER. in Med. ad ff. Sp. 230. m. 1. Sp. 486. m. 6. sqq. Modo tamen Testes in finem constituendæ hypothecæ publicæ fuerint adhibiti. MEV. P. VII. D. 233. Cujus tamen ut mentio fiat in instrumento, præcise necessarium non est, sed hoc præsumitur. v. Consult. Gryph. c. l. n. 36. sqq.

Jus Lub. vero hæc species publicæ hypothecæ plane incognita est. v. MEV. in Comm. ad Jus Lub. L. III. T. 4. a. 1. in Addit. 1.

vel Privata, quæ absque testibus constituitur.

vel Tacito; ut ipso facto. Hinc dicitur conventionalis tacita; & male vulgo confunditur cum legali. v. HERTII Disp. de pignore tacito conventionali. LEYS. in Med. ad ff. Sp. 223. m. 3.

2. vel Generalis; quæ omnia debitoris bona afficit, qualem ex lege habent Fiscus, Liberi in bonis parentum, Minores in bonis Curatoris, Legatarii in bonis defuncti.

vel Specialis; quæ rem singularem saltem afficit. Sic ex lege ædes speciatim sunt obligatæ ei, qui credidit in earum refectionem, non exstructionem. it. Res conductoris illatæ. Hæc magis rem afficit, quam illa. v. Collat. meam all. p. 29.

V. POSSESSIO, quælibet rei corpore, aut etiam animo, facta occupatio, est

1. vel Vera; quæ fit corporali rei apprehensione, & consideratur, quatenus est vel constituenda; quæ adhuc apprehendi debet.

Hæc facti est; & tantum abest, ut species sit juris in re; ut potius ad jus plane non spectet; nec ipso jure in alium transeat. l. 23. ff. de acquir. vel amitt. poss. Gail. II. 129. MYNS. III. 38. MEV. ad J. L. P. II. T. 2. a. 27. n. 1. sq. et P. III. D. 338. n. 3. nec in suis heredibus sine actuali rerum hereditar. apprehensione continuatur MEV. ad J. L. c. l. n. 4. LEYS. in Med. ad ff. Sp. 399. m. 3. sq. Hinc ab allegante, adversario negante, probanda est. Qua ipsum actum autem & facultatem apprehendendi distinguitur: num vacans sit num Contradictor adsit, secundum MEV. c. l. n. 12. sqq.

a b c

T

vel





a b

- vel *constituta*, *f. plena*, quæ occupata, *f. apprehensa* est; quod etiam per oblationem fit; Et hæc effectus juris in re & remedia possessoria retinendæ ac recuperandæ possessionis producit & iudex vel præventum tuetur, vel si timor scandali, aut metus armorum subsit, bona sequestrare potest. Est vero hæc
- vel *Propria*, quæ est rerum *corporalium*;
- vel *Impropria*, rerum in *corporalium*; quæ etiam *Quasi*, quamvis parum congrue, dicitur.
- vel *Quasi*, *f. Ficta a jure*; Unde & *juris* dicitur, *quam lex fingit* in herede; in eo, qui liti se obtulit; & qui dolo desit possidere.
- Ista quasi possessio, seu detentio heredis, vel potius *jus possidendi res hereditarias*, citra apprehensionem ipso jure in heredem, qui una persona cum defuncto est, *Nov. 48. pr.* transmittitur; hic quoque ratione juris possidendi defunctum representat, cujus possessionem quasi continuare videtur; ut ideo ipsi contra alium, res hereditarias occupantem, dantur remedia possessoria adipiscendæ possessionis, inque multis aliis casibus heres pro possessore rerum hereditariarum habetur. Ita æquitas & utilitas exigit & consuetudo Germaniæ observat. v. TIRAQUELLI *Tr. Le mort fait le vif. P. II. decl. 2.* CARPZ. *P. II. C. 9. d. 27.* ibiq. GOSW. ab ESBACH. *MEV. ad J. L. c. l. in Addit. ad n. 4. Id. P. III. D. 338. n. 2.*
2. vel *Naturalis*, *f. Simplex*; quæ nudum saltem actum possessionis naturalens denotat; & sumitur
- vel *Late*; pro nuda detentione non suo, sed alieno nomine; quæ hinc Possessio *asimina* audit; quam habet Commodatarius, Depositarius, Conductor intuitu tertii, *l. 37. ff. de Pignor. act.*
- vel *Stricte*; qua quis detinet rem suo nomine; ut Usufructuarius, Creditor & Conductor, intuitu Locatoris;
- vel *Civilis*, *f. Qualificata*; quæ et alio sensu *juris* dicitur; et itidem sumitur
- vel *Late*, pro qualibet possessione, quam *J. Civile* agnoscit, & ex qua oriuntur remedia possessoria; qualem e. g. habet Creditor hypothecarius.
- vel *Stricte*, quo sensu sumitur ratione
- vel *Modi*; quatenus solo animo retinetur, sine corporali rei insistentia..
- v. g. a Vi dejecto; cui ideo dantur remedia recuper. possell.
- vel, *Qualitatis*; Et sic est
- vel *Iusta*; quæ ex *justo titulo acquisita*; v. g. ex Emto, legato. Quæ tamen, non obitante justo titulo, potest esse
- vel *bonæ fidei*; quando quis credit, rem possessam esse suam.
- vel *malæ F.* quando quis scit, rem esse alienam.
- vel *Injusta*; quæ titulo plane injusto acquiritur; e. g. Fur, Prædo; quæ & possessio *malæ fidei qualificata* dicitur.

II. DE J. ad REM

